

Luthers „reformatorische Entdeckung“

Vorrede zu den lateinischen Werken (WA 54,185f)

Interim eo anno iam redieram ad Psalterium denuo interpretandum, fretus eo, quod exercitator essem, postquam S. Pauli Epistolas ad Romanos, ad Galatas, et eam, quae est ad Ebraeos, tractassem in scholis. Miro certe ardore captus fueram cognoscendi Pauli in epistola ad Rom., sed obstiterat hactenus non frigidus circum praecordia sanguis, sed unicum vocabulum, quod est Cap. 1: Iustitia Dei revelatur in illo. **Oderam enim vocabulum istud ‘Iustitia Dei’**, quod usu et consuetudine omnium doctorum doctus eram philosophice intelligere de iustitia (ut vocant) formali seu activa, qua Deus est iustus, et peccatores iniustosque punit.

Ego autem, qui me, utcunque irreprehensibilis monachus vivebam, sentirem coram Deo esse peccatorem inquietissimae conscientiae, nec mea satisfactione placatum confidere possem, non amabam, imo odiebam iustum et punientem peccatores Deum (...)

Donec miserente Deo meditabundus dies et noctes connexionem verborum attenderem, nempe: Iustitia Dei revelatur in illo, sicut scriptum est: Iustus ex fide vivit, ibi iustitiam Dei coepi intelligere eam, qua iustus dono Dei vivit, nempe ex fide, et esse hanc sententiam, revelari per euangelium iustitiam Dei, scilicet passivam, qua nos Deus misericors iustificat per fidem, sicut scriptum est: Iustus ex fide vivit. Hic me prorsus reatum esse sensi, et **apertis portis in ipsam paradisum intrasse**. Ibi continuo alia mihi facies totius scripturae apparuit. Discurrebam deinde per scripturas, ut habebat memoria, et **colligebam etiam in aliis vocabulis analogiam, ut opus Dei, id est, quod operatur in nobis Deus, virtus Dei, qua nos potentes facit, sapientia Dei, qua nos sapientes facit, fortitudo Dei, salus Dei, gloria Dei**.

Iam **quanto odio vocabulum ‘Iustitia Dei’ oderam ante, tanto amore dulcissimum mihi vocabulum extollebam**, ita mihi iste locus Pauli fuit vere porta paradisi.

Begleitschreiben zu den Resolutiones an Staupitz (WA 1, 525)

Memini, Reverende pater, inter iucundissimas et salutare fabulas tuas, quibus me solet dominus Ihesus mirifice consolari, **incidisse aliquando mentionem huius nominis ‘poenitentia’**, ubi miserti conscientiarum multarum carnificumque illorum, qui praeceptis infinitis eisdemque importabilibus modum docent (ut vocant) confitendi, **te velut e caelo** sonantem excepimus, quod poenitentia vera non est, nisi quae ab amore iustitiae et dei incipit, Et hoc esse potius principium poenitentiae, quod illis finis et consummatio censetur.

Haesit hoc verbum tuum in me sicut sagitta potentis acuta, **coepique deinceps cum scripturis poenitentiam docentibus conferre, Et ecce iucundissimum ludum, verba undique mihi colludebant planeque huic sententiae arridebant et assultabant**, ita, ut, **cum prius non fuerit ferme in scriptura tota amarius mihi verbum quam ‘poenitentia’ (licet sedulo etiam coram deo simularem et fictum coactumque amorem exprimere conarer), nunc nihil dulcius aut gratius mihi sonet quam ‘poenitentia’**. Ita enim dulcescunt praecepta dei, quando non in libris tantum, sed in vulneribus dulcissimi Salvatoris legenda intelligimus.

Das „Turmerlebnis“

„Haec vocabula lustus et iustitia in papatu fulmen mihi erant in conscientia et ad solum auditum terrebant me, sed cum semel in hac turri (in qua secretus locus erat monachorum) specularer de istis vocabulis: lustus ex fide vivit, et: iustitia Die etc., obiter veniebat in mentem: Si vivere debemus iusti fide per iustitiam et illa iustitia Dei est ad salutem omni credenti, ergo ex fide est iustitia et ex iustitia vita. Et erigebatur mihi conscientia mea et animus meus, et certus reddebar iustitiam Dei esse, quae nos iustificaret et calveret. Ac statim fiebant mihi haec verba dulcia et iucunda verba. Dieße kunst hatt mir der Heilige Geist **auff diesem thurm** geben.“ (WA.TR 3, No. 3232a)

„(...)Sed cum semel in hac turri specular de istis vocabulis: lustus ex fide vivit (...). Dise khunst hat mir der Heilig Geist **auff diser cloaca auff dem thurm** gegeben.“ (WA.TR 3, No. 3232b)

„Iustus ex fide vivit, iustitia Dei revelatur sine lege. Mox cogitabam: Si vivere debemus ex fide, et si iustitia Die debet esse ad salutem omni credenti, mox erigebatur mihi animus: Ergo iustitia Die est, quo nos iustificat et salvat. Et facta sunt mihi haec verba iucundiora. Diese kunst hatt mir der Spiritus Sanctus **auff diss Cloaca** eingeben.“ (WA.TR 2, No. 1681)

„Vocabula haec lustus, Misericordia erant mihi in conscientia olim tristitia, nam his auditis mox incutiebar terror: Si Deus est iustus, ergo puniet etc. Cum autem diligentius cogitarem de significatione et casu incideret locus Hab. 2. : lustus ex fide vivit; item: iustitia Dei revelatur sine lege, coepi mutare sententiam. Si vivere debemus ex fide, et si iustitia Dei est ad salutem omni credenti, non terrent, sed maxime consolantur peccatores hi loci. Ita confirmatus cogitavi certo iustitiam Dei esse, non qua punit peccatores, sed qua iustificat et salvos facit peccatores poenitentiam agentes. Diese kunst hat mir der Geist Gottes **auff dieser cloaca** ^{in horto} eingeben“ (WA.TR 2, No. 1681, Var. Rörer)

„So unser Her Gott **in diesem leben in das scheißhaus** solche edle gaben gegeben hat, was wirdt in jhenem ewigen leben geschehen, ubi omnia erunt perfectissima et iucundissima?“ (WA.TR 4, No. 4192)

Der „Prädestinationsratschlag“

„Disputatio de praedestinatione omnino fugienda est. Et Staupitius dicebat: Si vis disputare de praedestinatione, incipe a vulneribus Christi, et cessabit; sin pergis disceptare pro illa, perdes Christum, verbum, sacramenta et omnia etc. Ich vergiß alles, das Christus vnd Gott ist, wen ich in dieße gedancken kome, vnd kom wol dohin, das Gott ein boßwichtg sey. **In verbo manendum est nobis, in quo Deus nobis revelatur et offertus salus, si illi credimus.** In cogitatione autem praedestinationis obliviscimur Dei, vnd das laudate hort auff, vnd das blasphemate gehet an. In Christo autem omnes thesauri sunt absconditi; extra ipsum omnes clausi. Ideo hoc argumentum praedestinationis simpliciter negandum est.” (WA.TR 2, No. 2654a)

„De praedestinatione Staupitz. Doctor Staupitius mihi dixit: Wenn man will de praedestinatione disputirn, so were es besser, man dechte nicht dran, sondern hebe an a vulneribus Christi vnd bilde dir den Christum wol ein, so ist praedestinatio schon hinweckh, quia Deus praevidit Filium suum passurum propter peccatores. Qui credit hoc, der sols sein; qui non credit, der sols nicht sein. Sed sic cogitare debes: Deus dedit tibi Filium suum, dedit baptismum, sacramentum altaris, dedit tibi uxorem, liberos etc. sol lucet tibi. Non mentitur. Quando sic venio in beneficia Christi et immoror in illis, tunc manet praedestinatio; si non immoror, so ists dahin.” (WA.TR 2, No. 1820)

Luthers Berufung zur Professur / zum Predigtamt

„Stopitz, prior meus, **sub piro**, quae etiam hodie stat in medio curae meae, cogitabundus aliquando sedens tandem dixit ad me: Domine Magister, **vos suscipietis gradum doctoratus**, ßo krigt yhr etwas zu schaffen. – Quod secundo anno post doctoratum meum factum est, quo invulgavi quaestiones de poenitentia et indulgentiis. Cum me rursus sub piro eadem de re convenisset et ego reniterer, **multas causas allegans, maxime quod etiam mihi consumptis essem viribus**, adeo ut vita mihi longa non posset superesse; ad quae Stopicius:

Wist yhr nicht, das vnser Hergott viel grosser sachen hatt außzurichten? Da bedarff er viel kluger und weyser leute zu, die yhm helffen raten. Wen yhr den ymer sterbet, ßo must yhr sein radgeber sein. – Verum ego tum non intellexi hanc prophetiam in hoc modo implendam esse; post quatuor enim annos coepi belligerari adversus papam atque omnia sua.“ (WA.TR 2, No. 2255a)

„Consolatio Martini Lutheri ad Magistrum Anthonium Lauterbachium de sua vocatione. **Sub arbore piro** interrogavit me **de contione mea**,

et **plurimum conquerebar meas molestias, tentationes et infirmitates**; respondit: Ey, lieber, es ist mir auch gewest. Ich hab mich wol so ser gefurcht vorm predigstul als ihr; (...) Ego plus 15 argumentis habui, quibus recusavi Doctori Staupitio meam vocationem sub hac piro, sed nihil valebant; cam tandem dicerem: Er Staupitz, ihr bringet mich umb mein leben, ich werde nit ein viertel jars erleben, respondit: **In Gottes namen, vnser Herrgott hat große gescheffte, er darff droben noch kluger leuthe!**“ (WA.TR 3, No. 3143b)